

- A 14. Robertus Reat. Dominicanus, translatus Cicestriam an. 1397. & suffectus est.
- 15. Thomas Marckes monachus VVestmonasteriensis, consecratus inuitis Canonice an. 1397. attamen se virum ostendit eo munere non indignum; graves tamen difficultates sustinuit, ut custodia traderetur, & inuitus exeret dignitate: vixit usque ad an. 1400.
- 16. Guilielmus de Stirland, qui sedit an. 19.
- Rogerus Vvhelpele S. T. D. consecratus an. 1419. Scriptis nonnulla opuscula. Obiit an. 1422.
- 17. Guilielmus Bartovv, Episcopus Bangorensis primium, decessit an. 1429.
- 18. Marmaducus Lumley, postquam hic apn. 20. sedisset, Lingolniam transferretur an. 1450.
- 19. Nicolaus Clofe post biennium Lichfeldiam migravit.
- 20. Guilielmus Percy praefuit annis 70.
- 21. Joannes Kinchope Doctor legum, sedit annum unum.
- 22. Richardus Schroope, decessit in Majo an. 1408.
- B 23. Edvvardus Storey S. T. D. post ann. 9. Cicestriam translatus est.
- 24. Richardus sedit ann. 18.
- 25. Guilielmus Sever, Abbas Eboracensis, Dunelmum transferretur an. 1503.
- 26. Rogerus Layburn S. T. D. sedet ann. 6.
- 27. Joannes Penny legum Doctor, Episcopus primium Bangorensis, huc transferretur anno 1509, obiit autem anno 1519.
- 28. Joannes Kite, anno 1520. consecratur, & moritur ann. 1537.
- 29. Robertus Aldrich S. T. D. quem Erasmus vocat blandae eloquentia juvenem, obiit an. 1555.
- 30. Ovinus Ogelthorp S. T. D. VVintoniensis Decanus Elisabethae Reginae solemniam impendit in inauguratione: neque tamen idcirco illius primatum agnovit, aut ab Apostolica Sedis prerogativa desistere ad laicum unguem voluit. Eaque propter exauthoratus ann. 1559. & paulo post apoplexia extinctus est.

C EPISCOPI CESTRIENSES.

Fuit olim Cestriae Cathedra Episcopalis, translata per Petrum Lichfeldensem Antistitem Lichfeldia huc. Porro Coventriam deinde devenit, ac ad extremum Lichfeldiam reducta est. Henricus vero VIII. inter alias novitates, huc civitati honorem pristinum tanquam Ecclesiae suae caput resumit, & primum Episcopum dedit erroris sui focium, monachum Carmelitam, qui nihil minus quam vitae solitariae, quam nomen Monachi importat; amans, voti immemor, incestuosas nuptias Afmodai impulsi inivit. Regnante Maria exauthoratus, infelicem animam exhalavit ann. 1556.

Succesit, eadem Regina annuente, Joannes Cotes, sed immatura morte praereptus, & substituitur Cubertus Schot, vir integerimus, & Catholicae fidei propugnator acerrimus. Ab Elisabetha, quod illi honorem Papiae deferre abnueret, profligatus, & incarceratus, tandem elabatur, & Lovanium profugus, diem ibi supremum obiit. Atque ab hoc tempore tota passim Anglia abominatio desolationis stat in loco Sancto.

D Hac de Episcoporum Angliae origine, successione, & occasu quantum ad nos ex aliorum scriptis devenire potuit, sufficiant. Vtinam Deo visum, interruptae illorum series aliquando Orthodoxorum Antistitem, quales fuerunt illi quos dedimus, continuatione perficere; & Regnum istud, olim praesertim Catholicum & Religiosum, aeterna novitate deformationis nube, rursus Apostolica Cathedra tribuatur, ut us par est, subditum videre posse.

* Epistola.

De re nonnulla ex Titulo de Voce, Vox scripta. Item de Proditione, ibi Prodit per Epistolam, Regno exuti. Item ex loco de Literis, ubi multa ex professo de eorum varietate.

DEFINITIO, ETYMOLOGIA, APPELLATIO VARIA.

Epistola Graecanica vox *ἐπιστολή*, quasi Missoria: Missam interpretatur *Ἰσίδωρος*, & *Plantus* etiam usurpat. Politianus Epistolam scribit, quod ita a Vespasiani aevi lapidibus inscriptum reperitur, Rectius tamen Epistolam dicit. Missivae nomen apud Cassiodorum reperitur. Appellave re aliis nominibus Præci, Literas, Tabulas, Tabelas, Codicillos. Imò & Literam Poetae, quae enim est apud Ovidium frequenter. Litera ob eminentiam dicitur, quia enim inter omnes literas creberrimus usus: Tabula, Tabella, Codicil- li, quod ante carae & membranarum usum, in dolis ex ligno codicillis epistolarum colloquia scribebantur, ut observavit *Isidorus lib. 7. orig.* Quod fit, ut portiores vocemus Tabellarios.

Itaque Veteres per tabellas ultra citroque missas, certiores faciebant abentes. Unde *Plautus Pseudolo* scribens ait:

Per ceram & lignum, litterasque interpretes.

Sic apud *Homerum illiad. 2. vers. 169.* Præter literas tradit *Bellerophonti* scriptas *ἠντικῶν ἡμεῶν*, in tabella duplici, fere duplicata. Fieri autem solent induta cetera, ex fago, abiete, butxo, citro, ebore, aliisque id genus.

Usi tamen etiam charta: ita *Martialis* vocat Epistolares chartas, quod nomen hodie Hispani observant. Hic iterum tamen ex *Suet. c. 59. in Julio*, nota, Publicas literas transver- sa charta datas: Julium tamen ad Senatam Epistolam converti- se ad paginas, & formam memorialis libelli.

DEFINITIO ET PARTES.

Epistola est animi nuntium ad abentes, aut quasi abentes scriptum; est enim Epistolae finis, affectus testatio, aut significatio alicujus rei, quam abentes scire volumus, quod aut nostra, aut ipsorum interit. Dicitur est (quasi abentes) quia ad praesentes quoque usurpat. Augustus Caesar sermones graviores cum Livia sua, non nisi in scriptis, & è litello habebat. Idem Juliam suam in Amphitheatro, scripto admonuit, Julius Caesar id adinvenit, ut cum per occupationes urbisque magnitudinem non semper liceret amicis, aut peregrinis alloqui, per literas convenirentur, eosque Codicillos proprie *Sen.* appellat *Ep. 66. ad Lucil.*

Partes Epistolarum sunt, Materia, & Sermo. Illa rem continet, quae perscribenda est; quidquid enim sermone communicamus, & litteris possumus. Sic ut alia materies sit seria, docta, familiaris, publica deinde, & privata. Inter eas, monitoriae etiam sunt, instructoriae, consolatoria, comminatoria.

Sermo quod brevior, ed & gravior; nihil enim supervacuum admiscendum, & periodi succinctiores inferendae; odiosa est enim in Epistolis garrulitas; lepores interea nonnunquam admiscendi cum decore, & venustate.

SCRIPTORES, ET ENCOMIUM.

Scriptorem Epistolarem post Ciceronem, Libanium, Plinium juniorem, Senecam, Apostolos Christi, & Antiquiores, commendaverunt & in ea cum laude versati fuerunt, Roccus Petrusinus, Aldus Manutius, Erasmus Roterodamus, Ludovicus Vives, Joannes Niger, Paulus Sacratas, Justus Lipsius. Ex sacris vero & Ecclesiae Doctoribus, praeter Apostolos, SS. Basilium, Nazianzenum, Ignatium, & Ambrosium, ac Augustinum, & Theodorem.

Epistolam autem Libanium cum Cicerone, vocat congestum abentis cum abente. *D. Basilii Epist. 55.* cenet repu-

A reputandum inter maxima Dei dona, quod quam longissime propter distantiam locorum sejunctis, per aliquotum literarum mutuum coalescere fas sit. *Theodoretus* plura habet in eum sensum, addens, sermonis vehiculum fieri hoc modo, non per linguam, sed per manum.

Athen. refert l. 10. c. 17. Naturam ad Poetis consueti feminam: cuius filii sunt litterae, quae quamvis mutae, loquuntur tamen abentibus, quibus optamus felicia, &c.

Sic & Ignatius nominat Epistolam portum secundum, & commodam factionem, *Ep. 4. Ambrosius* vero hunc usum earum ait, ut disjuncti locorum intervallis, affectu adhaereamus, ubi inter abentes imago resurgat praesentiae, & colloquio scripta copulet separatos, mentemque amico abenti infundamus; quod Pauli exemplo confirmat, qui etiam remotissimis populis fidem scripto infudit.

FORMULAE, ET QUAE OBSERVANDA.

Olim Epistola praerogium erat, nomen videlicet & salus. In nominibus observatum, ut in fronte bona ponerentur, ejus qui mittit Epistolam, & alienum: illo quidem praeposito, quod primum legentis desiderium sit scire, quis scribat. Id etiam observantur Apostoli, ex Concilio Hierosolymitano scribentes ad reliquos discipulos, qui erant Antiochia, Syria, & Cilicia. Et Paulus passim in Epistolis suis usurpat. B. Antonius Paulino scribens, se excusat, quod nomen suum non praeposuisse, id factum ob carminis rationem. Ita enim scribit, *Ep. 20.*

Paulino Antonius, meum sic scripsit, ut esset Tunc prior, & nomen praegrederere meum.

Variant tamen subinde, ut exemplis constat Ambrosii & aliorum, qui ad aequales & inferiores scribendo, eorum nomen plerumque postponunt: praeposunt, si ad superiores scribunt, ut notat *Lorinus in c. 15. Ad. vers. 23.*

Ponebantur autem nuda nomina, nec blandientia, aut laudantia, nisi in Imperio forent, aut magistratum verbo infinnabatur. Ad Epistolam nulla, nisi ad unum charos, aut domesticos, quos & suos appellabant. Hinc *Martialis l. 14.*

Seu leviter noto, seu caro missa odali.
Omnes ista soles charta vocare SVO.

Ceterum accommodanda haec sunt juxta aevi varietatem, & mores.

Salus nominibus subjecta, five per notas, S.P. five S. solitariae, quomodo Graec. *χαίρειν*, precari, in usu fuit, aut *ἔσπασεν*, quae Episcopi erat salutatio. Horatius ita exprimit.

Celsogaudere, & bene rem gerere Albinovano Musa rogata refer.

Et Ovidius:

Vade salutatum subido peravata Perillum
Littera sermonis sua ministra me.

Interim, certum fuisse epistolatum initium, certam item clausulam, constat. Invenit Platonem fuit antiquissimum *χαίρειν*, gaudere; vel bene agere *ἔσπασεν*, ut patet ex epistola ejus tertia ad Dionysium, aliique pluribus exemplis, quae collegit Lucianus quam formulam Pythagoras, & Archytas, mutavit in *ἔσπασεν*, hoc est salvere. Cleon primus, pro initio scripsit *χαίρειν*, auctore *Luciano de saluti.*

Jam vulgo, salvere, & saltem plurimum dicere, item suo, vel suis, teste *Martiale*, dicitur:

Omnes ista soles charta vocare Svos.
Clausula Graecis, pax; quae item adhibita omnibus ferè rebus finiendis. *Aufonius in Versibus monosyllabis:*

Tantum opus hoc sparsum crinibus veluti Antiphila, Pax.
Hanc tamen praepositor aliam fecit, scribendo in extrema epistola *χαίρειν* Ptolemaeus Rex, ad Seleucum. Latinis clausula est, Vale, ut in omnibus Ciceronis epistolis. Amplius vero August. Cap. ad epist. omnes, etiam horarum momenta, nec dici modo, sed & notis, quibus dare significarentur, addebat. *Suet. August. c. 1.* Unde datum, a barbaris usurpari ceptum vice clausulae illius Ciceronianae, A.D. id est, Ad diem, vel Ante diem, ut interpretatur *Sim. Bofius Commentar. in epist. 1. ad Atticum.*

Pertinebat quoque ad praerogium verus ordiendi formula: S. B. E. V. id est, si vales bene est, ego valeo, quae in litteris publicis perpetua est, in privatis frequens apud Ciceronem. In fine, five clausula Epistolae, sollempnis erat primum valedictio, ex sermonis ritu adicta, sic Ovid.

Accipe quo semper finitur Epistola verbo,
Atque meis distent ut tua fata, VALE.

Interdum cum adjecto, Mihi amice, &c. cum voto, Deus conservet. Illocus adjectus, unde missa epistola: Tempus quoque *L. B. Theat. vitæ Human. Tom. III.*

annum intellige & diem. III. Subscriptio erat, praesens tamen ignota, quia praemittentium suum nomen. Supercriptio etiam veteribus perarò usitata, mittebant enim per pueros, aut tabellarios notos. Sed praeterea vinculo lineo obligabant, admodum, cui imaginem suam, aut signum imprimebant. *Plautus* id refert:

Cede tu ceram, ac limum: age, oblige, obstrina cito.
Sic & Salvstius: Perlectis litteris, cum prius omnes sua signa cognovissent.

Remittimus Lectorem ad institutionem Epistoliceam, quam v. c. *L. Lipsius*, aliquando in Academia Lovanienfi tradidit calamo excipiendam. Evulgavit eam postmodum Auctor, ut usui aliis esse possit, atque eandem è dicantis ore exceptam, minore cum fructu legendam fore insinuat, quam si haberetur prout dicta; multa enim utiliter interfectus fuit, & miscuit hic omnia, rei illustrandae aut firmandae gratia.

GENERA, ET NOMINA VARIA.

Uti non unum Epistolarum est genus, sic neque una appellatio. Plura de hoc argumento reperire est apud *Card. Baron. F. tom. 11. Annalium Eccles. Collegit & alia Hermannus Hugo Societ. Jesu*, peculiari suo libello de *Antiquiore Scripturae cap. 13.* ex quo sequentia adscriptimus.

Apostolice literae, quas item Brevia Apostolica vocamus, id est, Epistolae sunt à Romano Pontifice Apostolica auctoritate scriptae.

Clerice literae à Divo Cypriano vocantur epistola quarta editionis Pamelianae, illa quae à Clero scribi solent Sede vacante.

Canonica, ut scribit *Atticus Tom. 11. Conciliorum* post Concilium Chalcedonense, eadem sunt, quae Communicatoria, seu Formata, de quibus mox.

Callicatae sunt, quas circiores in caballatione, hoc est in cursu publico deferunt. Ita *Luitprandus Ticinensis* appellat apud *Lazium l. 11. de Rep. Rom. c. 14.*

Circulares, seu Encyclicae, quae à Synodo vel Papa scribuntur ad totam Ecclesiam; & haec etiam vocantur Catholicae.

Captivorum literae nominantur in Concilio Lugdunensi Secundo, c. 11. quae ab Episcopis dabantur pro redemptione captivorum.

Confessoriae, quae ab incarceratis ad Episcopos scribebantur pro lapsis: Fit earum mentio in Concilio Eliberitano & Arelatensi Primo.

Commendatariae, quae Clericis peregrinantibus dabantur à suo Episcopo, quemadmodum & Romani Magistratus dabant commendatitias suis mercatoribus proficiscentibus in Provincias, ut *Freigius* notat ad *illud Ferrine 4.* Apud illum non tabulas commendatitias, sed tributarias multum valuisse. Tributariae autem sunt, quibus Magistratus imperabant tributa Provincialibus.

Formatae, seu Formales, ut eas *Suetonius* nominat in Domitiano c. 13. dicitur, quod d. certa formula conciperentur, quia in legem erant transmutatae: ita *Torrentius* docet ex illo *Suet. c. 20. Domitian.* Epistolae alieno formabat ingenio. Dabantur Episcopis ad Parochias suas redeuntibus Roma, quod fuerant evocati, ut constaret scilicet, de eorum cum Romana Ecclesia consensu & unitate: quod scribit *Aug. Ep. 163. ad Euseb. Ep. 152. ad Glorium;* & *Optatus l. 11. contra Parmenianum.*

Igitur ne qua fraus haereticorum intercederet, Formatarum scribendarum formula certa concepta est à Synodo *icena c. 8. H.* eaque expressa est apud *Ivonem p. 6. c. 434. & 435.* item apud *Burchard. l. 11. tit. 227.* hoc exemplo, quod transcripsit *Petrus Greg. l. 15. de Rep. c. 11.*

α. 80. id est, πατήρ. u. 400. id est, υἱός. α. u. 1. id est, ἄγιος. α. 80. id est, ἁγιος.

Debant enim quatuor prima litterae significare Patrem, Filium, Spiritum sanctum, & Petrum Apostolum; zistae autem adjectae notant numerum, quem quaque littera Graecis significat. Mox subjungebatur littera initialis, quae inchoabat nomen vel Pontificis, ut Episcopi mittentes suum subditum nomen vel gratia, si Episcopus vocabatur Petrus, vel Ratholdes: *α. 80. id est, πατήρ. α. 100. id est, Πάβλας. α. 70. id est, Ρόβερτος.*

Denique tertia littera ex nomine ipsius subditi missi, v. gr. *α. 40. Θωμάς.*

Tum iterum quarta littera ex nomine loci, ad quem mittebatur, v. gr. *α. 800. id est, Τραπεζοῦς.*

A Rursus numerus Indictionis, quae erat illius anni 906, quo tempore Burchardus misit hanc formulam 6. 9. Extrema vero Epistola semper addebatur.

a. 1. 40. 99. id est, A'plu, n. 8. r. 50.

Ad singulas autem literas addebatur is numerus, quem quaque litera significat Graecis; forte ad majorem obliuiscitiam ignorantium: tamen has Formatas, ad illudendum Catholicis Episcopis, Juliam Caesarem imitari cepit, ut scribit D. Nazianzenus contra Julianum; & ex eo Sozomenus l. 4. c. 17. & lib. 8. c. 3.

De Formatis autem varii generis, Pacificis, Commendatitiis, Dimissoriis, &c. libellum integrum conscripsit Gerardus Rodolphus Graviensis. Observat vero Budens in Commentariis lingua Graecae, Formata intellectam esse à D. Hieronymo, cum sic scripsit epistolam ad Julianum: Jam dimisso synthemate, equis publicis sternebatur; quamquam sint nonnulli, qui *synthema* putant esse vexillum, vel testeraam aliquam

B cursorum. Decretales, quibus Romani Pontifices ad interrogata responderebant, & vitanda sequendave decernebant. Dimissoriae, *ἀποσταλτικαὶ* etiam dicebantur, ut Laetius notavit de Reip. Romana. Erant autem littere, quibus scribebantur, Clericum de voluntate sui Antistitis aliquo esse profectum.

Laureata, quae lauro involuta in victoriae signum à Romanis Imperatoribus mittebatur ad Senatum. De his Liv. l. 5. Littera à Posthumio laureata, sequuntur victoriam populi Romani. Claudianus item de bello Gildonico; & Paneg. in 6. Consulatum Honorii.

— laurea belli.

Memoriales, seu Communitoriae, quibus instruebantur Legati de singulis, ad quae mittebantur agenda.

Metatoria Epistola à Sidonio nominatur l. 8. ad Lupum Papam, quae nihil est aliud, interprete Baptista Pio, quam Odoepicon, hoc est itinerarium. Scaliger autem in *Lectionibus Aulianis*, ait, Metatoria esse, id quod Antonius vocat *ἀποσταλτικαὶ*, & Martialis Adventoria. De qua docet Turneb. l. 30. c. 38. & Celsus l. 28. c. 3. esse epistolam, quae obviam mittebatur adventanti amico; id quod eruditè confirmant.

Pastorales, quae pro instructione ad diversa Ecclesiae mittebantur; quales Paulinae aliquot, & Ignatianae.

Synodicae, quae ad Synodos scribebantur, vel ab ipsis Synodis mittebantur.

Systaticae littere, quandoque pro Commendatitiis, aliis pro literis committentibus ponuntur, ut observat Petrus Gregor. lib. 16. de Reip. cap. 11. Pro Commendatitiis, cap. 32. Apostolorum: Nemo Episcoporum peregrinorum, aut Presbyterorum, aut Diaconorum suscipiatur sine literis systaticis. Pro literis committentibus, Novell. Justinian. 6. cap. 3. Non autem aliter aliquem praesumere dirigere se ad hanc civitatem statuitur, nisi priusquam literas acceperit, quae secundum divinas regulas *οὐσιστικὰ καὶ ἀποσταλτικὰ*, testimonium perhibentia necessitas, &c.

Pragmaticae, quibus aliquid faciendum praescribitur. Tractoriae, quibus Episcopi certiores faciebant alios rerum gestarum. Augustinus Concione undecima in Psalmum 36.

D Tractoriae, eadem quae olim Commendatitiae. Iis evocabantur Episcopi ad Concilium, cum auctoritate utendi cursu & status publicis, inquit Bar. rom. 3. ex ep. Constantini ad Ablavium. Est item titulus de Tractoriis & Status l. 3. c. 6. C. Theod. Vide Cujacium C. lib. 12.

Denique, ne longum faciam, communia alia epistolarum nomina quae omnia scire voles, legat libros Erasmi & Lippi *Bivarolensis de conscribendis epistolis*, & libellum qui inscribitur *Epistolae variae*, quem Aldus praefixit epistolis Synesii in volumine Epistolarum Graecarum; ubi de laconicis, eroticis, convivialibus, familiaribus, &c. differunt copiosè.

Sunt & quaedam epistolae, quae quo nomine appellari, aut qua in classe censeri debeant, non scio. Tales sunt illae Theodostii Juliani litterae scriptae ad Chrysostomum mortuum; quae statim atque impressae fuere sancti cadaveris pectori, cadaveris, quod ante nulla vi poterat loco moveri, & vectoribus impressè spontè quasi morem gessit. Quidam etiam è Societate seu narravit collega suo, Hermanno Hugonis, forem fecit, decemque puellulam; quo nescio in finem, epistolam scripsisse patri jam demortuo, in caelum; & paucis post

diebus eam abiisse è vivis ad patrem. Sed & l. 2. Paral. c. 21. E meminit litterarum, quas Elias septimo anno, postquam raptus in caelum fuerat, misit ad Joram Regem, quibus & scelerata ab illo patrata, & eorum punitionem à Deo decretam proponit; unde Hebraei & plerique Scriptorum Ecclesiasticorum, eas è caelo datas, aut è loco in quo Elias detinebatur, missas existimant. Videatur Theod. & Nic. de Lyra in illum locum.

Illae verò litterae D. Taumaturgi admirabiles sunt, quae de moni his verbis inscribit: Gregorius Satanae. Ingrederis; & ingressus denuò est daemon in locum, unde fuerat depulsus.

Stultissima autem & risu digna Xerxis epistola, quam, nescio qua ira accensus, scripsit ad montem Athos.

Quid quòd mortui subinde respondisse & scripsisse legantur? Apud Niceph. l. 8. c. 23. ubi Chrylanthus & Mufonius Episcopi defuncti in Synodo Niceana nomina sua Synodalibus Actis post mortem inscripserunt.

Uriae litterae abierunt in Proverbium de his quae ab eo in quem scripse sunt, deportantur; sicut Uria ferebat litteras Davidis, quibus ipsemet jubebatur necari, 2. Reg. 2. c. 2.

EPISTOLARUM MISSIO, TRADITIO, PRIMUM APERTA, VULGARIS, ORDINARIA.

Vbi de Nuntiis, Cursoribus, Veredariis, Eorundem discrimine, usuvario, &c. ac politia.

Quoniam res gravissimae solent Epistolis commendari, pro iis ultro citro mittendis celeriter ac tuto, excogitata ratio est; de qua, quia huculque, quod sciam, non est omnino in lucem protracta, & maxime facit ad rem scriptorialem & Epistolariam duci necessario aliquid de illa esse tractandum. Igitur ad eam rem varia excogitatae sunt artes. Nuntii pedes, equites, curules, navales.

De pedestribus nuntiis, exemplo sunt Heraclitus, Indagus, & Philippides, homines velocissimi cursus, apud Suidam: adeoque ipse deorum nuntius Hermes, seu Mercurius, qui ad velocitatem talibus uti fingitur; & Ladas, quem Solinus c. 6. scribit, inter currendum ne vestigia quidem arenae impressisse. Anistius item, Lacon, & Philonides, Alexandri Magni cursores, à Syetone Elin uique mille ducenta stadia uno die transferunt. O Graecia fides!

Est item de pedestribus cursoribus facienda illud Vespasiani responsum apud Suetonium: Vespasianus enim Classarios, qui ab Hostia & Puteolis Romam pedibus cursant, petentes consueti sibi aliquando Calcearia nomine; quasi parum esset, sine responso abegisse, iussit post haec excalceatos cursitare; & ex eo ita cursant.

De equestribus cursoribus, Martialis: *Parcus utaris, mono, rapiente veredo.* Anonius: *Vel celerem manum, vel raptum terga veredum.*

Isidorus verò ait, veredos dictos, quòd currant per publicas vias, per quas rhedis etiam curri esse solitum; & Graecis fanè equi veredi, à cursu, Dromonarii, ut etiam Cassiodorus eos vocat lib. 4. Variar. qui ibidem eos quoque appellat equos Curiales, epistola ad *Godifalcum Sajonem*. Jurisconsultus dicitur subinde Paraveredi, & Parangari, quae nomen admodum à quodam cursore Palladio, equi Palladii sunt denominari. Is enim, auctore Cassiod. l. 14. hist. sacrae, tanta velocitate veredos egi temporibus Theodosii, ut tribus diebus veniret ad terminos Persiarum & Romanorum; & rursum totidem remeiret ad Constantinopolim.

Cursoribus utos subinde esse cursores, testes sunt, Isidorus supra citatus de Rhedis. Julianus, qui sic in epistolis scribit: Ducet te publico cursum uno utentem vehiculo. Suetonius in Augusto: Juvenis primò modicis intervallis, dehinc vehicula dispositi. Hierodotus l. 2. Commilitones ingenti studio vehicula vebant, quasi Macro ad huc rerum potiente, de magis rebus mitterentur.

De navigis cursorum, Sidenius Apollinaris: Typhin foriam navim vincendi. Sen. ep. 78. Tabellariae naves vocat, quae adventum viciniae jam classis praenuntiabant.

Haecc quadruplex cursorum usurpatio, vocata Cursus publicus, item caballatio l. 12. C. tit. De amona militari. Cursus fiscalis, quòd epius cautio ad quaestorem fieri pertinetur; in Hadriano Lampidia. Cursus clavicularis, apud Ammianum l. 20. & leg. 2. & c. C. Theod. pro quo in Cod. Justiniano mendose legebatur Ambularis cursus, observante Crispio, qui ait Clavicularem, seu Clabularem dici à clabula, quòd est vehiculi genus. Brissonius in *Calvini Lexico*, fatetur nescire, sed quid sit

A sit Clavularis cursus; putatque, non graviter aberratum eum qui legeret Caballarem cursum; nam & Caballiciones & Caballicatas legitimos, inquit, apud *Luitprandum in Hist. suorum temporum*. Turnebus l. 6. Adv. 134. Clavularem cursum vocat cursus publici genus, quòd militibus caligatis concedebatur; eorum enim caligae erant clavuli confixae.

Patangaria apud Persas, quae Angari Persis nuntii, auctore Laxio, qui id habet ex Suida. Hoc publico cursu primis temporibus soli Magistrum utebantur: neque poterant Tabelliones operam dare perferendis sarcinulis, aut literis vulgari peritodoc, quia apud Cassiod. l. 4. Theodoricus Rex Epistola ad Godificalcum prohibet cursoribus, plures res uno simul cursu peragere. Nullum, inquit, praeterea Sajonum dicitur facere patiaris; sed ad causam, ad quam directus fuerit, uno tantum itinere permittatur accedere, vel redire; & pulò futurum tantum itinere permittatur conperimus, cursuales equos frequentè usurpatione fatigari. Docet autem eam sententiam clarissime Joann. Corra. l. 1. Miscell. Juris civ. c. 11. Solis Imperatoribus licebat uti veredariis in Epistolis transvehendis; alii tantum impetrata facultate, quam vocant Tractoriam.

B Et certa omnino res est; nam ne Ecclesiasticis illi uterentur, sed nunciis tantum Ecclesiasticis. Verba sunt D. Ignatii Ep. 11. Decet, beatissime Polycarpe, Concilium cogere Sacrosanctum, & eligere, si quem habebis, qui possit divinus cursor appellari; quibus genuina sunt illi *Divi Cypriani*, Epist. 24. Quoniam oportuit me per clericos scribere, &c. necesse fuit novos aliquos constituere, qui mitterentur: & ritum hunc aliquid observavit Cardinalis Baronius Tom. 1. Annal. Eccl.

Igitur populo cursus publici copia fiebat per facultatem Tractoriam, quae (ut eam definit Celsus l. 21. cap. 24) est licentia utendi equis publicis cursorum. Dabatur porò hac licentia scriptis tabellis testimonialibus, ut *Vegorius* loquitur l. 2. c. 3. à quibus curules invenerunt nomen Tabellionum, & Tabelliariorum. Communiter verò et tabellae apud Scriptores vocantur diplomata, hoc est duplices tabellae. Cicero l. 2. ad Atticum: De diplomate admiraris: &c. ego autem, quia scripserat, te proficisci cogitare (erenim audieram nemini aliter licere) ed te habere celebram, & quia pueris diploma simpliciter. *Cappitolinus in Perrinae*: Praefectus cohortis à M. Aurelio Imperatore &c. quòd sine diplomate cursum usurpaverat, ab Antiochia ad legatum suum ire coactus est. Et redè Capitolinus de poena non accepti diplomatis: nam & gravissimam eam fuisse, docet Cassiodorus lib. 5. his verbis: Excedentium improbam praesumptionem tali te praecipimus distractione rescicare, ut sive Gothus sit, aut Romanus, qui sine nostra, aut eorum, quorum interest, evocatione, veredum praesumit attingere per unum equum, centum statim solidos à te cogatur exolvere. Et de illis pari quoque severitate censimus, qui supra evocationem numerum cursuales equos usurpare praesumunt.

Haece igitur inuenta erat ratio: accipiendum à Principe, aut Praefecto fisci diploma: hoc ostenso, statim apud quos per viam dispositi stabulabantur equi, parum novos equos recentisque suppedabant ad conscium cursum; ut tradit *Laetius lib. 2. de Reip. cap. 14.* & haec erat auctoritas publica, sine qua nemini licebat uti publico cursu, aut esse Tabellarius. Adhaec autem omnia ritè observanda, talis fuit instituta Oeconomia.

OECONOMIA CURSORUM, PRAEFECTUS.

D Praeret cursoribus omnibus Praefectus fisci, quem corru pro saeculo vocantur Curiosum, quòd curam gereret cursus publici, & ad Curiam nuntios omnes referret, auctore Laetio; cuius meminit etiam *Tertullianus lib. de fuga. c. 13.* Quem in locum Pamelius ex notitia Orientis & Occidentis scribit, sub Magistratu Officiorum, Curiosum cursus publici fuisse unum: & Curiosus pro omnes provincias. Exat item *Titus de Curiosis & Stationariis l. 11. Cod. Justiniani, & tit. 10. l. 12. Theodosiani*. Porò quod illi Curiosum olim, non nunc appellamus Magistrum generalem Postarum: Graeci eleganter, *Λογιστὴν τῶν ἀποσταλτικῶν ἀποστολῶν*. Huic generali Magistro, seu fisci Praefecto, suberat alii minoris auctoritatis, per singulas provincias distributi, quos *Theodoricus Rex in Ep. suis apud Cassiodorum* vocat Sajones. Hi Sajones rursum per certa viarum intervalla stabulis singulis assignabant suos Hippocomos, seu Parochos. Sunt autem Parochi, ii qui statem, & ligna, & caetera praebere debebant proficentibus pro Republica, aut Porphyrio ad illud *Horatii*: — & *Parochi qui debent ligna*. L. B. Theat. vitæ Human. Tom. 111.

salemque: nam & equos, & fenum, & annonam curabant; E cursores fatigatos hospitio accipiebant; recentes recentibus equis imponebant. Hippocomi vero nomen habetur *Leg. Non patitur, l. 12. Codicis*. Jam denique Curiores non poterant hipperas suas (ut Seneca loquitur) implere onere majori, quam centum librarum, ex consuetudine Theodorici, apud Cassiodorum l. 4.

CURSORUM ANTIQUITAS. Xenophon l. 4. *Pedie* narrat, Cyrum, captandis orbis toto rumoribus, diuturni itineris intercapidine stabula constituisse & equorum curatores, certosque homines, qui literas eò perlatas inde ad proximum stabulum deferrent, ex quo ad vicium denud transferrentur; neque ullum hoc Rege anteriore invenio. Quare existimandum, ab aliis, quibus ea inventio tribuitur, forte cursus rationem factam tantum fuisse magis expeditam, ut à Xerxe, quod scribit *Herodotus l. 8. in Fran.* ab Augusto, quod scribit *Trajanus*: nam de seipso scribit *Julius Caesar l. 3.* qui Augustum praecessit: Nisi nuntii de victoria Caesaris per dispositos equites essent allati. De aliis item ante Caesarem Dictatorem, *Livius Decad. 4. l. 7.* Titus Sempronius per dispositos equos, propè incredibile celeritate, die tertio ab Amphissa Pellam pervenit. *Decad. 5. l. 2.* Legati, qui repente aliquò mitterentur, singula iumenta per oppida, qua iter faciendum erat, impetabant. *Decad. 3. l. 6.* Tragillanus scribit, diem noctemque itinere continuato. Ergo ante utrumque Caesarem Romae Cursus publicus notus; & post utrumque non adeò neglectus: servatus sub Macrimo, ut *Herodian. l. 2.* sub Constantio, ut *Ammianus* extremo l. 21. sub Constantiniano, ut in *eius vita Eusebii*, sub Zenone, sub Anastasio, ut *Cassiodorus l. 5. Var.* instauratus denique perfectissime sub Maximiliano Imperatore, ut in *eius vita*.

NOMINA ET CULTUS.

Jam obiter de Cursorum nominibus & cultu, hoc observatur. Persae vocant eos Angaros & Altandas, auctore Suida. Prior vox etiam integra ad Graecos transit. *Eusebius in Alio Dionys. 877.* sunt et *ἐν δραπετῶν γραμματεῶν*: qui ex successione literas perferunt. Poterant autem hi, inquit *Stephanus*, obvios quoque viatores, aut etiam eorum equos, vel naves ad usus suos derivare, sicut etiamnum possunt Zaulii seu Postae Turcarum, quando ita res ferunt. Id quod apud nos non fit ab ipsis Postis seu Cursoribus, sed jure cuiusdam vectigalis, quòd *εὐργαλία* vocatur, inquit *Brisson. de sign. verb.* quòd certi aliqui cogi possunt ad praestandos angaros ipsi Reipublicae, quando est usus. De quo vectigali Pandecta l. 50. *De vacat. & excusat. mun. & Herodorus l. 8.* Latine vulgò Curiores vocantur: Martialis:

Cursorum sexta tibi Rase remisimus hora. Tabellarii & Tabelliones passim; sicut & Veredarii. Olim verò Gerones à gerendis Epistolis: apud *Festum*, & Bruttiani gerones; in quae verba *Iosephus Scaliger*: Hec est prima nostra conjectura de Bruttianis, sed ut ingenue fateamur, putamus potius dictos, quia gerones literarum, & publici cursores erant. Scribit verò *Gellius l. 10. c. 3.* Brutos Italiae populos primos defuisse ad Hannibalem: eoque Italia depulsa, eos semper à Romanis habitos pro servis & apparitoribus, & per contemptum in *Notis Suetonii*, ubi de Classariis Vespasiani: Classarii, non idem qui Dromonarii, sed omnino similes tamen.

Mittendarii, in *Epist. Theodorici Regis*, apud *Cassiod. lib. 4.* Expeditos propterea mittendarios vocant.

Postae, quòd certis locis positi ad mutandos equos. *Tit. 10. l. 12.* HABITUS.

Habitus olim erat singularis. Scribit *Budens*, eos gessisse quoddam insignè, quòd ipse armillam vocat: Noltrae caduceatores, inquit, ipinthe utuntur, quae armilla dici potest: Blasonum lingua vernacula vocant. Nescio, quid velit *Budæus*, nisi dicat scutulum areum, aut argenteum, cui gerunt insculptum urbis, ex qua veniunt, insignè, quòd iuxta finistrum humerum in pectore suspendunt. Noltrae verò cursores praeterea litrum gerunt è cornu bubulo, cuius cantu praenuntiant adventum litum; ut in terea temporis recentes equi apparerent. Gerunt & scuticam capulo cavo & fistulata, quo veluti per canalem, ne exscendere cogantur, derivant urinam. Olim pinnas in capite gestabant, teste *Dione Cassio*; idque etiam velut quidam commentator observat ad illud *Juvenalis Satyra 4.*

A Anxia precipiti venisset Epistola penna: & hinc Πρασιποπος Graeci curiosos vocarunt, ut Dionysius Halicarnassus & Plut. in Orbone. Mos ductus forte à Mercurio Deorum nuntii exemplo, quem non solum ita depingere laudent, verum etiam inter Poetas Plautus ita loqui facit Prologo suae Amphitruonis:

Ego has habeo Incaque in petaso pinnulas: quo loco ita Lambinus: Pinnulas, id est, pennulas; pictores enim non solum in pedibus, verum etiam in capite, pennas tribuebant Mercurio. Arnobius l.6. Mercurius pinnatus. Aug. l.7. de Civitate. Ideo alas Mercurio in pedibus & capite ponunt, &c. Apuleius l.10. de Asino: Inter comas ejus aureae pinnulae. Et forte huc Cicero apertit, cum Tabellarios Pegalos appellavit. Certè Elius Verus Imperator curiosibus pennatas alas imposuit, & variis eos ventorum nominibus appellavit pro cursus pernitate, ut Spartian. scribit in ejus vita.

Galerus cursorum, Petasus, lata extensione dictus contra caeli injurias; unde Suetonius Augustum c.8. petasum scribit solum ambulare: nunc bardocucullis utuntur, imò & vaginis quibusdam lanceis, & specillis ad oculos contra arenarum B volatum, & nares vultumque contra hybernam frigus vindicanda.

Corona subinde redimiti currebant, cum latos aserebant nuntios: ita apud Sophoclem Trachinibus Chorus viro nuntio fastidia afferente, Dejaniram alloquitur:

Εὐθυμίας νῦν ἴσ' ἐπεί κ' αἰτῶσθε
Ἐπὶ τῶν ἰσθμῶν ἴσ' ἄρα τὴν ἀδρᾶ, ὅπως χαρὰν ἴδωσιν.
cui geminus locus est apud Aristidem in Panathenaico. Illud vero facerissimum est vestimenti genus, quo Menippum Cyrenicum, Insectorum nuntium facit Suidas voce παῖς: Furioli habitu utebatur, inquit, & se ab inferis inspectorem esse delictorum missum, eaque illò renuntiarum esse dicebat: fuit autem illa vestis pulli coloris, ad talos usque demissa, astricta cingulo Persico: pileus Arcadius in capite, duodecim elementa (Zodiaci signa) habens intexta: calcei Tragici, barba ingens, baculus in manu fraxineus.

MISSIO, ET TRADITIO OCCULTA
ASTUTA, TECTA.

C IN GENERE. Dupliet artificio occultata Epistola; clancularia missione, vel scriptione clandestina. Missionis occultae isthaec ferè sunt exempla, ordine per tabellam digesto, quam Anonymus quidam adjunxit operibus Joannis à Porta Neapolitani, quam etiam exemplis aliquot nondum observatis auxit Herm. Hugo supra.

Excavatione viridis corticis. Excavatione ficci ligni, ejulque iterata operatione. marmor. scriptura incisa, in quo charta inclusa. panis. placenta. lepus exenteratus. fasciae pectorales. thorax, calcus, baltheus. vagina. cutis humana. caput nuntiorum sub capillis. candela cerea. tabella nova, mox cera oppleta. scytale canis. scytale. fungus. venatoris. mendici. animantis alicujus. terra, per canem. Tectata: maris per milites vestros utribus. aeris, per fugiatas. literis incisus telo, epistolis telo alligatis. columbas. per aves. hirundines. cornices.

IN SPECIE.

PRIMUM RATIONE MATERIÆ IN QUÀ
SCRIPTÆ EPISTOLÆ.

Viridi cortice introssum excavato, quantum ad Epistolam abedendam satis est, occultatur cum literæ intra arbores, ut ficu celsu temporis cortex demum cum reliqua arbore concreta. Cardan. De variet. rerum l.12. c.61. ex Theophrasto.

Intra ficas tabellas aliquantulum excavatas, & glutine demud compactas, secretissimi possunt literæ abscondi. Joannes à Porta l.11. De notis, c.21.

Ovo perforato, & rursum oculo agglutinatione chartæ, glutine confecto ex albumine oui, cui cerussa & cera, A Porta, ibid.

In marmore fracto, partibus iterum junctis, ibid. Pomo inscriptæ literæ, ab Acontio, ut Cydippen deciperet: Juro tibi sacra per myrica sacra Diane. Me tibi venturam comitem spaniamque futuram.

Pomo includi possunt Epistolæ, parvo factò hiatu, qui mox superè spontè claudatur.

Pani incocti codicillos arbitrariis notis scriptos Laurentius Medices, Florentinae Reip. Princeps & per nobilem quandam mendici habitu tectum, misit ad Regem Ferdinandum Neapolitan. iisque eum de fili filia certum faciebat. Brunsius l.8. Hist. Florent.

Placentæ plumbeam Epistolam inferuit Polycrete capta à Drogneto Duce Erythæorum, misitque ad fratres suos. Polycreus l.8.

Lepori inclusit Epistolam Harpagus ad Regem Cyrum, quæ eum incitavit ad oppugnandos Medos. Polycreus l.7. Herodotus l.1. & Isidorus.

Fasciis pectoralibus abdi posse, indicat Ovidius: Conficia cum possit scriptas portare tabellas. Quas tegat in tepido fascia lata sum. Calceis. Ibidem:

Cum possit sola chartas celare ligatas, Et vincto blandas sub pede ferre notas.

In calceo item è ramis arboris appenso, Joannes Novius à Lusitano Rege Calcæcum missus, literas invenit Petri Arac. G. daei admonentis Lusitanos omnes, ut Calcæcum portum declinarent ob Regis perfidiam. Orosius l.11. Emanuel.

Thorace Tabellariorum abdidit Epistolam suas Andronicus senior ad Cratem Sucevæ Præfectum. Gregoras l.9.

Baltheo abdidit transaga quidam, qui à Campanis per Romanorum castra veniebat ad Pennos. Frontinus lib.11. cap. 13.

Vaginarum interiora à quibusdam fuisse inscripta, narrat Frontinus l.121. c.13. & Marcell. Ammian. l.18.

Cutis humana quomodo pro Epistola esse possit, docet Ovidius: Hoc caveat custos, pro charta conscia verum Prebeat, inque suo corpore verba ferat.

de quo rim late in loco de Scriptione, ubi de Notis encausticis. Capiti humano sub capillis inscripserat literæ: ab Hilyæo Milesio, qui mancipio suo ægro, facta curationis spe, capillos rasi, & capiti ejus signata inscripserat, itaque postquam crines excrevisserit, ad Aristagoram misit, hoc dato imperio, ut ad reliquam sui curationem se raderet. Rasi mancipium Aristagoras, & capiti ejus inscriptam reperit hanc sententiam: Hilyæus Aristagora, Joniam ad defectionem sollicitat. Polycreus l.11. Gellius l.17. c.9.

Ceræ candele inclusam Epistolam miserunt ad Buciacium Camenece urbis præfectum Tencinius, & Dreivicius Poloni per puerulum, cum hoc mandato, ut quando Cameneciam puer venisset, juberet verbis suis, Buciacium ex ea candela accipere lumen. Buciacius suspicatus quod eras, dissecta candela, Epistolam invenit, quæ magnam rebus ejuslucem asserbat. Cromerus l.20.

Tabella nova inscripserat literas Demaratus exul ad Spartiatas; & mox ejus fulcis vacuum ceram induxit. Polycreus l.11. cui geminum stratagema cujusdam alterius refert Gellius lib. 17. cap.9.

Canibus deglutientibus cum esculentis quopiam literas obducunt quidam tempestate nostra, ut ex eorum intersectorum vicibus postmodum nuntium exigatur. A Porta l.11. c.21. Scytale Laconica secretissima quæque olim indicata sunt: De hac ita Gellius l.17. c.9. ex Eschandro Plutarchi: Surtuli duo

A duo erant teretes, scytale vocant, oblonguli, pari crassamento, ejuldemque longitudinis. Unus Imperatoris in bellum proficiscenti dabatur: alterum domi Magultranis cum jure atque cum signo habebant, &c. Circum eum surculum lorum complicabant, volumine rotundo & simplici, ita ut ora adjuncta undique & coherentes lori, quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loto per juncturarum oras, versibus à summo ad imum proficiscens, inscribebant. Id eorum literis ita per scriptis revolutum ex surculo, Imperatoris commentis illius conficio mittebant. Resolutio autem lori literas truncas ac mutilas reddebat, membraque earum & apices in partes diversifimas spargebat. Propterea si id eorum in manus hostium in cident, nihil quidquam conjectari ex eo loro quibant. Sed ubi ille, ad quem erat missum, acceperat, compari surculo, quem habebat, capto, ad finem perinde, ut debere fieri sciebat, circumplicabat: atque ita literæ per ambitum eundem surculi coalescentes, rursum coibant, integramque & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Ridet merito hanc artem Julius Scaliger & exercitat. CCCXXVI. ad Cardan. vocat Laconica nugala. Arsenius l.10. cap.17. ait, ex Achæo B Erythriensi vocatam fuisse Cyrbim Spartanam hoc est, inquit Junius lib.4. Animadv. c.14. quæ quemadmodum in vestibus, publicis videlicet tabulis, Leges exaratae erant; ita in scytale, præcepta ad Duces & Imper. militiæ scribebantur: Spartanam vero à civitate. Sunt denique de scytale elegantissimi illi Ausonii versus, ep. ad Paulinum:

Vel Lacedæmoniam scytale mimitare, libelli Segmina persægeti tereti circumdata ligno Perpetuo inscribens versus; qui deinde solutus, Non respondens sparsis dabit ordinis formas, Donec consimilis ligni replicetur in orbem.

De fungo, Ziphilinus in Trajano; Fungus ingens ad Trajanum allatus est, in quo scriptum erat Latinis literis, Burros scioque omnes à Trajano petere, ut pace facta, domum reverteretur.

ASTU TABELLARIORUM.

Harpagus non contentus literas suas in leporem exenteratum abdidit, misit ex præterea per domesticum suum aliquid, in datum habitu venatoris, ad Cyrum regem; auctori- bus Iustino, Herodoto, & Polyeno. Mendici humilato habitu nobilis quidam perulit Epistolam Laurentii Medici ad Regem Neapolitan. Ferdinandum. Brunsius supra.

Canum pelibus vestitos, canatimque reptantes per noctem Jolephus Galileus, à Vespasiano in urbe Jotapata obfessus, tabellariorum cum literis misit per vigiliam custodias; neque ea res, nisi secreto, observata est. Iosephus l.3. De bello Jud. c.8.

ITINERUM OCCULTATIONE.

Ut puta quadrupedum ministerio, &c.

Denique etiam itineribus occultandis adhibita cautio est. Tretretri in primis itinere. Catellam à Tingitano cive in oppido Arzila relictam, Menesius ad præfectum Tingitanum alligatis inter pilos literis, misit, hoc astu: In litore catellam verberibus multis mutavit, fecitque, ut ab se velocissimè diffugiens, postredie ante crepusculum stare cum literis ad portas Tingitanas, atque ita trestretri itinere tuò nuntium misit. Orosius l.2. de reb. Emmanuelis.

UTRIUM.

Scutellæ furrine per Urinatores Hircius Consul ad Decium Brum, Mutina obfessus ab Antonio, plumbeas literas eorum brachiis alligatas misit. Frontinus lib.3. cap. 13. Addit Dio Cassius lib.46. eadem via à Decio literas remissas.

TELORUM.

Canibus deglutientibus cum esculentis quopiam literas obducunt quidam tempestate nostra, ut ex eorum intersectorum vicibus postmodum nuntium exigatur. A Porta l.11. c.21. Scytale Laconica secretissima quæque olim indicata sunt: De hac ita Gellius l.17. c.9. ex Eschandro Plutarchi: Surtuli duo

Ciceronem obfessum his verbis: Cæsar Ciceroni fiduciam E optat, expedit auxilium; apud Polygenum l.8. & Dionem l.39. Ita prodium Zeuminum est Romano exercitui à propriis militibus & civibus. Nicetas Choniates in Annalibus.

AVIUM.

Avium denique volatu perlatae per aerem literæ non infrequenter. De hirundinibus id scribit Plinius l.10. c.24. Cecina Volaterranus equestris ordinis quadrigarum domitor, comprehensas hirundines in urbem secum auferens, victorias nuntias amicis mittebat, in eundem nidum remeantes, illito victorie colore.

De Cornice qua usus est Marthes Ægypti Rex pro curatore, Alexander Neapolitan. l.1. c.27. ex Alieni historia animal. l.6. c.7. cujus hæc verba: Martha Ægyptiorum regis cornix fuit animal oppido maniferum & cicur; ita ut Epistolam quò ille veller, facile periret, essetque omnium nuntiorum multo celerissima, &c. cum itaque pro hajumodi officis, defunctam Marthes, & columas & sepulchro honoravit.

De columbis, Plinius lib.10. c.37. Magnis in rebus fuisse intermista, &c. Quid vultum, & vigil obidito, atque etiam reita amne præsentia profuere Antonio, per cælum emite nuntio? Loquitur Plinius de Hirio, qui ad Decium Brutum Mutinæ ab Antonio obfessum literas mittebat per columbas, quas fame & tenebris confectas, vicino menibus loco emittebat, ut facilis ad eam à Decio rerum conficio expostam advolarent, atque ita Decius literas eis demeret; auctore Frontino l.3. c.13. Columbam item cum literis Sultanus, dum à Gallis Veneticis obfideretur Ptolemæis, ed misit, quibus significabat, se tridui intervallo cum copiis aditurum. Sed Veneti columbam conspicati, militari clamore ita eam detruerunt, ut ex aere delaberetur; moxque ei alligatis scitis epistolis, Sultani nomine scriptis, quibus indicabat scilicet, se obfessæ urbi opem ferre non posse, miserunt Ptolemæidem; quæ desperato auxiliorum adventu, ante triduum se suaque hosti dedit in potestatem. Sabellicus l.6. c.6. Egnatius l.7. cap.4.

Columba etiam, dum Godefredus Bullonius Jerosolymam obfideret, à Barbaris in urbem cum epistolis missa, ab Accipitro supra ipsa Bullonij castra in terram denubata est, litereque sub ejusalis reperit. Amilius l.4. De Jani Douze columba, quam ille ex obfessæ Leida demisit, Philologus & Poeta, scripsit Daniel Heinsius in manibus Donza, hoc Epigramma:

Marius ingentem glomerato milite Leidam Cinxerat, & vasto robore miles Iber: Terra Salumque, inquis, mea sunt; via nulla salutis, Nulla patet puppi semita, nulla viro. Donza meus, meo spe libertatis in hoste Liber, & invictò pectore tutus erat. Ille polus, dixit, amicum non novit Iberam: Et tuatota mihi, Iupiter, aula vacat. Hinc quoque fas nobis patrio sperare salutem: Ille mihi Minos hac jugendus erit. Quid patræ non præstat amor? qui falleret hostem. Donza virum nequis mittere, misit avem.

LITTERARUM COMMUNICATIO. Item LITERÆ COMMENDATITIAE, CREDENTIALIAE, &c. Reperiet lector in loco de Literis, & Scriptione, H que commode ad præsentem tractationem reducuntur. De columbis Tabellaris, vide locum de Nuntis.

* Epitaphium.

DEFINITIO ET ETHYMOLOGIA. Epitaphium est Inscriptio, quam sepulchris incidimus, aut appendimus, in laudem & memoriam defunctorum. In hoc distans ab Epicedio, quòd illud humato necdum cadavere pronuntiatur. Dicitur Epitaphium, quòd corpore tumulato, ἐπι τῷ τάφῳ, id est, in sepulchro solet inscribi.

ANTIQUITAS.

EX SACRA SCRIPTURA. Epitaphiorum usus antiquus, & velur cum mundo natus fuit. Primus qui ea adhibuit, existimatur Jacob, qui mortua Rachel uxore, & tumulo illata, erexit turulum sive monumentum, quòd Bur-